Quelle: https://manuscripta.at/?ID=911
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift

facti. ita & monachus & uirgo frigescent infide de
loco ad locum transeundo. Iterum dixit. Si infirmitas
nos superuenerit non contristemur. quia addestruenda
corporis desideria nobis proficit. Ieunium enim & labo
res. propter turpes delectationes nobis extructa sunt.
Sicut enim ex forti medicamento recedit egritudo.
ita ex tribulatione corporis recedunt uitia. Et
hec est magna uirtus. quando in infirmitatibus fue
rit patiens tolerantia. & actio grauium. Si amis
timus oculos. non feramus gutte. quia extollentie i
strumentum amisimus. Si magis gaudeamus. quia inte
rioribus oculis gloriam dei speculamur. Si surdi facti sumus
non contristemur. quia auditum uanum amisimus. Et si to
tum corpus uirium infirmatum gaudeamus. quia interior
homini nostra sanitas crescit

Quidam senex longe habebat aquam a cellula
sua. duo milia cedi. Vbi dum semel iret haurire.
defecit. & dixit. Quid necesse est ut hunc la
borem patiar. Si ueniam & habitabo circa aquam. Tunc
cum sus retro. uidit quendam sequentem se & nume
rantem uestigia sua. & interrogauit eum quis esset.
Ille autem dixit ei. Angelus domini sum. & missus sum. nume
rare uestigia tua. & dare tibi mercedem pro labore
hoc. Audiens ille fortis factus est & promptior. & ad
huc longius posuit cellulam suam milia decem & septem.